Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et turrem funoq. Et iuxta eu edificauit sellum filio alloes princeps
medie partis uici ierlin osee et filius eius. et portam uallis edificauit
annun et habitatores zanoe. ipsi edificauerunt eam et statuerunt
ualuas eius et seras et uectes. et mille cubitos in murum usq; ad portam
sterquilinii. Et portam sterquilinii edificauit melchias filio rechab
uici uetrechirem. ipse edificauit eam et statuit ualuas eius et seras et uec
tes. Et portam fontis edificauit sellum filio cholozai princeps pagi
maspha. ipse edificauit eam et texit. et statuit ualuas eius et seras et
uectes. et muros piscine siloe in hortum regis et usq; ad gradus qui
descendunt de ciuitate dauid. Post hunc edificauit neemias filius
azboe princeps dimidie partis uici bethsur usq; contra sepulchrum da
uid. et usq; ad piscinam que facta opere constructa est. et usq; ad domum
fortium. Post eum edificauerunt leuite ceteri filio benni. Post eum edifica
uit esebias princeps dimidie partis uici celle in muro suo. Post eum
edificauerunt fratres eius behiu filio enad princeps dimidie partis ceila.
Et edificauit iuxta eum azer filio iosue princeps maspha mensuram secundam
contra ascensum armamentorum anguli. Post eum in monte edificauit baruch
zachai filio. mensuram secundam a angulo usq; ad portam domus eliasib sa
cerdotis magni. Post eum edificauit meremuth filio urie filii accuz
mensuram secundam a porta domus eliasib donec ostenderet domus elia
sib. Et post eum edificauerunt sacerdotes uiri de campestribus iordanis.
Post eum edificauit benyamin et asub. contra domum suam. et post eum edifi
cauit azarias filio maasye filii ananye contra domum suam. Post eum edifi
cauit bennui filio enadad mensuram secundam a domo azarie usq; ad flex
uram et usq; ad angulum fahel filio ochy contra flexuram. et turrem que emi
net de domo regis excelsa ideo est in atrio carceris. Post eum phedaia filio
pharos. nathinnei aut habitabant in ofel usq; contra portam aquarum ad
orientem et turrem que prominebat. Post eum edificauerunt echueni mensuram